

Atque his ipsis comparatum est alterum totum, quod vel admoniti, vel rogati fecimus, ut praeceptis exempla adiiceremus iis, quae a nobis nude posita fuissent, exemplorum conquirendorum cura his relicta, qui libello nostro uti in lectionibus Academicis vellent.

Praeter haec duo igitur non multum nouae vel obseruationis vel praeceptionis accessit: nec tamen nihil. Ex quo genere sunt, si quis volet inspicere, quae accessere P. I. S. I. C. I. §. 19. 26. S. II. C. I. §. 3. C. III. §. 8. 10. 13. 14. C. VII. §. 8. et alia pluribus locis: quibus speramus effectum esse, ut quaedam magis vel explicata sint, vel firmata, vel denique ad usum facilius et securius transferri possint. Scripsi a. 1765.

ADMO-